

populi; & vacare sanctae quieti, solitudi. Quare domos urbanas vendere poterant, sed non suburbanas. Hanc dicant Religiosi, Mariam praeponere Marthae, orationem actioni. Erant qui se studii, aliique negotiis, ita occupant, ut orationem negligant. Quae Cornelius hic.

Ne insisteris Oratio Cant. 2. 7. Qui enim electi cuilibet mentem, vel in orationibus devotis Deo loquentem, vel in sacris sectionibus divina mandata, sive promissa, meditantem, importunus impeditur; sponsam utique Christi de sopore beato, priusquam ipse velle excitat. V. Beda hic.

Surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis. Jon. 1. 3. id est, in explorationem gaudii, quod significat contemplationem; quam desiderant aliquando multi, quos Dominus mittere vult ad activam. Hugo Card. in Gen. 48.

Maria - sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Oratio Luc. 10. 39. Sapidiora confiteris fercula, quae Maria sedens, & audiens accipit; quam quae Martha stagens praeparat, & apponit: in his enim panis hominum; in illis autem erogatur panis angelorum. Hildebertus episc. 37.

Num. III.

Contemplativa iuvas Activam.

Immisit Dominus Deus soporem in Adam; cumque abdominis, tunc de coelis ejus. Genes. 2. 21. Sancti Augustinus formum hunc extasim fuisse putat: ita dulci divinorum contemplatione illectus sensibus alienatus erat: Tunc Adam Evae usque, cum contemplationi devotior. Ora, cum Evae vitam infundis: & tunc aptius vivificabis proximum. Tunc Adam os referendit vitam, cum oratione alatus caelum frequentat. Et enim oratio salutis vena, persuasionis efficaciam, reprehensionis energia, omnique externae actionis anima. Ad hoc adeo efficacis ad proximorum salutem oratio; ut minus possint, & longa jejunia, & praecara virtutum opera. Naxera in Jos. 15. §. 14.

Dominus praeparavit eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis. Ex. 12. 21. Nubes sic hominibus superior, ut caelo approximet; nec adeo remota, ut aspectum hominum fugiat. Id. in Jos. 14. §. 6.

Quomodo levavit Moyses manus Oratio. Ex. 17. 11. Moyses typus vitae contemplativae, Jesus activae: quoque haec ab illa dirigi, omnemque suam vim, & victoriam, trahere, & haurire, debeat. Sic enim Josue vires pugnae, & vincendi, hausit ab oratione Moysis. Cornelius hic.

Floris signatus. Cant. 4. 12. Sponsa sponsae puritatem laudans, eam clauso flosi assimilavit; utpote quem neque ferarum pes sordidat, neque pulvis perturbet. Hunc ergo fontem, quem adeo sedulo clausum dixerat, jam cunctis floribus, virtutisque, amoenos subministrare latices ostendit: sicut hortum, puerus aquarum vocentium, quae fluunt impetu de Libano. V. 15. Contraria sibi sponsum dixisse videtur: si enim sigillo clausus, quomodo jam impetu fluens, & hortorum flores abluens? Immo, ut copiosiores hortis aquas impertiatur, prius est signatus, & clausus sigillis. In abdito acquisivit, quos dicitur postea latices plantis omnibus propinacit. Naxera tr. de B. V. §. 16.

Erant (Joannes) in desertis. Luc. 1. 80. Quare? & quousque? usque in diem ostensionis suae ad Israel: quatenus interea loqueretur Dominus ad cor ejus in solitudine; revelans, & indicans; quae esset ipse facturus ad Israel, & docturus. Gerson. tr. 11. sup. Magnif.

Reversi sunt pastores. Luc. 2. 20. Scilicet ad custodiam gregis commisit. In quo erudiuntur devoti: ut, post contemplationem Salvatoris, revertantur ad exercitium actionis. **Animalia ibant, & revertentur.** Ezech. 1. 14. S. Bonav. hic.

Exiit, qui seminat. Luc. 8. 5. Scilicet de domo ad agrum; hoc est, quiete ad laborem. Idem hic.

Huius rei gratia stello genua mea ad Patrem Deum. N. I. C. ut det vobis Oratio. Epiph. 3. 14. 15. Cur non confugit ad ferta vincula; & conductibilis videbatur dicere; hujus rei gratia carceris tenebras patior, compedes sustineo &c. quam precibus incumbere. S. Chryso. lib. 2. de precat. illine intelligi potest, quanta fit vis sanctarum precum; quod Paulus per totum terrarum orbem velut alatus discurrens, in carceribus habitans, flagella sustinens, gemitus catenam; & vivens in sanguine, & periculis; insuper & demonibus ejiciens, ac mortuos suscitans, morbos abigens: in harum rerum nulla fiducia possit servandi homines; sed precibus communitur orbem: postquam miracula, post excitationem mortuos, ad precatorem praesidium accurrat. Naxera in Jos. 15. §. 14.

Erat in medio throni - agnum - habentem oculos septem. qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram. Apoc. 5. 6. Quomodo ad terram delegati, & in medio throni? Quia spiritus ibi manent, unde mittuntur. Sic terram peragravit, ut caelo vivat: sic caelo vivunt, ut hominum extirpandis vitis, virtutibusque augendis, interserviant. Idem in Jos. 14. §. 6.

Mulier illa amissa se, & in utero habens, clamabat parvularum, & cruciatur, ut pariat. Apoc. 12. 2. Hoc ipso tempore aquile alas mutatur, & jam deserta colit; quae inhabitaverat caelum. **Data sunt mulieri ala dicitur.** Oratio. v. 14. En anima Pradicatoris, & Zelatoris animarum: mulier videlicet volans & clamans. Clamat, ut serpentes conatus elidat; ut Christum in audientium cordibus pariat; fugit; ne serpentina halitu fascinata haereat. Hugo Card. haec alae sunt vita activa, & Contemplativa. Ita animarum suspirat lucra, ut videatur remotissima habitare deserta: ita incolit deserta, ut animarum studiosissime excambiat lucra, Id. ibi.

§. X.

Propter activam abrumpe Contemplativam.

Ex Veteri.

Demitto me: jam enim ascendit aurora. Gen. 32. 26. Glosa angelica, q. d. tempus est, ut ab invisibilibus ad temporalia tractanda descendas. Jussum est intermittere studium orationis, & rem curare familiarem. Non enim est grata Deo oratio, quae tunc fit, cum faciendum aliud. Richardus in Cant. 4. Si, propter occupationem utilem, orationem aliquis intermittat, ipsa occupatio vice orationis reputabitur; ut, juxta Apostolum 1. Thess. 5. 17. sine intermissione oret, qui feper bene operatur. Did. Nyls. Pol. Coel. p. 2. lib. 6. c. 7.

Vade, descende cito: peccavit populus tuus. Ex. 32. 7. q. d. meditationem hanc ceteris desere; ut optius incumbes; & populo, ut ad peccatum desinat, suggere. Beffus D. 2. adv.

Nunquid frater vestri; ibant ad pugnam; & vos hic sedebitis? Num. 32. 6. In hoc reprehensibilis sunt quidam; qui, dum volunt arcem contemplationis ascendere, volunt quietes; & ad laborem actionis recusant descendere. Et hi designantur per filios Ruben; de quibus dicitur, quod voluerunt ultra Jordanem remanere. S. Bonaventura in Luc. 9. 29.

Surge, propterea, amica mea Oratio. Cant. 2. 10. Surge de strato illo multum tibi amabili: in quo timet curam agere, in psalmis, & orationibus, delectaris. Veni ad impendendam etiam proximis curam salutis. V. Beda hic.

Enge dilectio me Oratio. Cant. 8. 14. Tanquam bona sponsa optat ad tempus auxilio separari, non ab eius fide, vel amorem sed ab eius suavitate: hoc est, ad contemplationis dulcedine ad tempus cedere; ut possit aliis jam conversis intendere per impressionem morum, & doctrinae. S. Thom. Aqu. hic Lect. 2.

Ex Novo.

Veni ad Discipulos suos, & invenit eos dormientes. Matth. 26. 40. Nullo responso suscepto, interpolavit orare permodicum: revertens tamen ad piam, & utilem, actionem: nam venit confortatus Discipulos. Oportet siquidem orationem intermittere pro utilitatibus proximorum; maxime ubi spiritalia bella timentur. Et discretionis insignis est, virtutis actum pro alio actu virtutis intermittere. Sim. Cals. l. 13. in Evang. Sic orabat ad Dominum, ut non oblivisceretur omnium suarum: quin imo tunc interrupt orationem; ut rediret ad Discipulos excitandos. S. Bonav. in Luc. 22.

Et reversi sunt pastores Oratio. Vide §. precedenti. **Quid statis aspicientes in caelum?** Act. 1. 11. Cur illos increpat Angelus, cum laudabile sit caelum suspicere? Sancti Athanas. or. in Ascens. quid statis? Mundo miraculum hoc predicare. q. d. fuggite, & implete munus vestrum Apostolicum: praedicare Evangelium, & agite de salute hominum. Sylveira hic.

Surge, & descende. Act. 10. 20. Surge ab oratione. Saepe oratio, vitaeque Contemplativa, onitenda ob activam. Sylveira hic.

Et audivi post me vocem magnam. Apoc. 1. 10. Cur ad tergo haec vox exhibitae est Joanni? S. Anselmus, Richardus, & Rupertus censent; hoc situ vocis Joannem, qui contemplationis rerum divinarum vacabat, ad humana, puta ad aliorum correctionem, & instructionem, revocari. Cornelius hic.

T I T U L U S XVII.

VOCATIO DIVINA.

§. I.

Vocationis variae.

Veni de Libano sponsa mea veni Oratio. Cant. 4. 8. Ter dicitur, veni. Venit enim sponsa ad Christum; dum in hoc Mundo vivens bona, quae potest, operatur. Venit, quando in hora, mortis anima, ipsa videlicet sponsa, e carne exiit.

tur. Venit tertio, quando in die Judicii ultimi carnem refumit, & cum Christo thalamum coelestem ingreditur. S. Gregorius hic.

Exiit - condere operarios in vineam suam. Matth. 20. 1. Quidam a pueritia ad operandum opere regni Dei accedunt: & ipsi sunt, qui primo mane conduntur ad vineam. Alii autem in adolescentia veniunt ad Dei culturam: & sunt ipsi, qui hora tertia invitantur. Alii vero viri perfecti: & ipsi sunt, qui in sexta vocantur. Alii autem jam senes adducuntur ad Dei culturam; scripti circa nonam vocantur. Alii autem in ipso exitu senes ad plenum: & ipsi sunt, qui circa undecimam vocantur. Origenes tr. 10. hic. Quia ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in juventute, alius in senectute, alius in decrepita etate perducitur; quasi diversis horis operarii ad vineam vocantur. S. Gregorius hom. 19. in Evang. hic.

Et vidit duas naves stantes secus stagnum Oratio. Luc. 5. 2. Admirare Domini dispensationem, quomodo per propria & familiaria sua, quemque attrahit: sicut magos per stellam; ita & piscatores per pisces. Theophylactus hic.

§. II.

Vocationis divinae efficaciam.

Miserere verbum suum, & liquefacies ea. Pl. 147. 18. Ecce venit illud crystallum Saulus post eadem, & lapidationem Stephani: duritia quadam stupidus in Christum, petit literas a Sacerdotibus, ut undique exhiberet Christianos, anhelans eadem. Durus est ille, & gelidus, contra ignem Dei. Sed, quamquam esset durus, quamquam gelidus; ecce ille, qui emittit verbum suum Oratio, clamavit de caelo fervidus: Saule! Saule! quid me persequeris? Una illa voce tanta illa duritia crystalli resoluta est. Act. 9. 4. S. August. hic. Non sunt omnia verba Augustini, sed sensus.

In similitudine Adam trabam esse. Ol. 11. 4. Quando quis invitat alium ad prandium, velle forte, ut non veniret: Sed Deus non ita; imò vim inferit, ut secum maneamus; & invitatus nos utque ad vestium lacerationem; & trahit per subtrahentem temporalium, & morbos. Manasse adversitatis convertit. 2. Paral. 33. 12. Prodigium fames revocavit. Luc. 15. 17. 18. Paulum coecitas. Act. 9. 9. Gemini. 9. c. 84.

Prodit - ligatus pedes, & manus, in inferis. Joan. 11. 44. Opportune Evangelista hoc perscripsit: quia videlicet consuevit, in illius vocantis voce vim facillime ordinat vocantem non audivit, audit posteroem terribiliter minantem: ut contigit Nabuchodonosori; quia divina revelationis contemptorem divina comminatione petterunt. Dan. 4. 28. Ad primam igitur vocem Samai obedivit; ne aut secunda voce indignus esset; aut pro vocatione minas audiret. Mendoza hic.

§. III.

Vocatione divinae obtemperandum.

Et curavit ad Helii. 1. Reg. 3. 5. Semel loquitur Deus; & illi primum, secunda non reperit. Job 33. 14. Quia divinae vocis Majestas tanta est; ut intendam sit, ne, si ejus aures aliquando praeterlabatur, nunquam amplius iteretur: vel saltem, ne, qui priorem Dei vocem misericorditer vocantem non audivit, audit posteroem terribiliter minantem: ut contigit Nabuchodonosori; quia divina revelationis contemptorem divina comminatione petterunt. Dan. 4. 28. Ad primam igitur vocem Samai obedivit; ne aut secunda voce indignus esset; aut pro vocatione minas audiret. Mendoza hic.

Vocavit me, & ego respondebo tibi. Job 14. 15. Vocat Deus per gratiam visitantem; & respondebit homo per mandatorum impletionem. Rich. a S. Vict. append. in Cant. 6. Vocare Dei est, nos amando, & eligendo respicere. Respondere autem nostrum est amoris illius bonis operibus parere. S. Greg. mor. l. 11. c. 14.

Vocavi, per Predicatores Oratio. & tenuisti: extendi manum meam, per bonorum largitionem; & non fuisti, qui aspiceret. Despectus: omne consilium meum, per internam inspirationem; & increpationes meas negligisti, vobis factas per flagellationes. Ego quoque in interitu vestro ridebo Oratio. S. Bonaventura. 37. D. Septuag. Prov. 1. 24.

Pessulum ostium mei aperui dilectio meo. Cant. 5. 6. Pessulum aperimus; quando, remotis voluptatibus fluxis, cor nostrum in amorem Christi, quod prius durum fuerat, solvimus; & sponso pulsanti ad ostium, introitum liberum facimus. S. Gregor. hic.

Ut fugeret a facie Domini. Joan. 1. 3. Dices: eum, qui fugit a facie Dei vocantis, & blandientis, incidere in faciem Dei indignantis, & ulciscentis. Ita Jonas, fugiens Deum vocantem, incidit certum devotum. Cornelius hic.

Vidimus bellum in oriente Oratio. veniens. Matth. 2. 2. Et tu curaris viso sole in occidente? Sufficit magis ad exitum ultra appetendum natum in caelo sidus; & tibi non satis est; ad

invadendum regnum mortuus in Cruce Sol? O felices Magi! sed d' latro Regibus longe felicior! Tibi indicatur tenebrae, quod lux illis nummavit. Sed, quod illi diuturna peregrinatione, & larga emissionem donorum, consecuti sunt; tibi vox una impetravit a Verbo. Oliva t. 2. Strom. §. Vidimus stellam ejus.

Mittentes rete, Matth. 4. 18. Major est piscatoribus occupatio, dum retia in mare jaciunt; ac dum extrahunt. Ut ergo dicamus, quod, vocante Deo, omnis occupatio; sive illius adfit finis, sive principium; abrumpenda sit: ideo mittentes retia vocantur. Sylveira hic. Petrus, & Andreas, relictis retibus secuti sunt Redemptorem. Nulla vero hunc facere adhuc miracula viderant; nihil ab eo de proximo aeterna retributionis audierant: & tamen, ad unum Domini precium, hoc, quod possidere videbantur, oblitae sunt. Quanta nos ejus miracula viderimus; quot flagellis affligimus; quantis mirarum asperitatibus detremur; & tamen vocantem sequi contemnimus &c. S. Gregor. hom. in Evang. hic.

Exiens venit ad eum. Marc. 10. 50. Periculosum est, cum Dominus vocat, moras innectere, aut remisse gradi ad optatum, & definitum hominibus bonum. Sim. Cals. l. 5. c. 32. Mittit Discipulos suos, ut in te, sicut in pullo sine federe curis te secularibus solvat; ut paleas & lateres, & Aegypti deselinquens, Moysen sequaris in eremo; & terram reipromissionis introcas. Nemo sit, qui prohibeat; non mater, non foror, non cognata, non germanus: Dominus te necessariam habet. S. Hieron. ep. 22. ad Eustochium.

O anima ingrata! d' viscera dura! usquequo fatigas Dilectum tuum? Pulsat; & ei non vis aperire? Vocat te; & non vis eum audire? Pulsat semel, & iterum; & tu eam expectare, & respectare jubet; modicum, & modicum. Il. 28. 10. 13. Vocat semel; vocat iterum; & tu nihilominus eum expectare jubet; modicum, & modicum. Modicum in uno loco, & modicum in alio; modicum ibi, & modicum ibi. Cogitur igitur Dilectus tuus facere saepe, & multum; quod tu dicis modicum, & modicum. Nam modicum, & modicum, protrahis in longum, & longum; & in hunc modum fraudas amicum tuum & fatigas Dilectum tuum. Rich. a S. Vict. de arca myst. l. 4. c. 13.

Egressus est de domo paterna Bernardus, videns autem Guido primogenitus fratrum suorum Nivardum minimum cum pueris in platea; eja, inquit, frater Nivardus; ad te solum respicit omnis terra possessionis tuae; ad quod puer non pariter: vobis ergo caelum; mihi terra; nec ex aequo divisio haec facta est. Paulo post fratres fecerat. Vita S. Bernardi l. 1. c. 3.

Aspectus divinitatis propitiae, minus est conversationis humanae. Quam beati essent omnes si; quam promptam erga nos Dei audientiam legimus, tam prompti ipsi Deum audire vellemus. Salvianus de prov. Div. l. 2.

Vide Inspirationes.

T I T U L U S XVIII.

VOLUNTAS IN GENERE.

Bona, & mala.

§. I.

Ex Veteri.

Ignemque scientia boni, & mali. Gen. 2. 9. Proprium est voluntatis arbitrium, quod in medio nobis est positum; ad dignoscendum bonum, vel malum. De quo, qui relecta Dei gratia gustaverit, morte morietur. S. Iddorus Ep. hic c. 3. ante finem.

Vocemus puellam, & quaratur ipsius voluntatem. Gen. 24. 57. Ex Hebraeo verti potest: os ejus inquiramus. Nam saepe in Scriptura os pro voluntate usurpatur; quod haec per illud enuntiarum solet; & significari. Doultreman lib. 3. cap. 4. Sect. 4.

Tu eris super domum meam, & ad cui oris imperium cunctus populus obediet obsequio tuo imperio Oratio. Gen. 41. 40. Hoc non immerito videtur Deus dicere voluntati, quod olim dixit Pharaon Josepho. S. Franc. Salef. de div. am. l. 1. c. 1.

Omnia, quaeunque voluit, Dominus fecit in caelo, & in terra. Pl. 134. 6. Sed audite causam, cur edicta Dei semper impleantur: omnia opera ejus vera; & via ejus iudicia. Dan. 4. 34. Rich. a S. Vict. lib. 2. de erud. hom. inter: ergo idem est ejus voluntas, quod aequitas; & aequitas, quod voluntas.

Omne caput languidum, & omne cor marenis: ad planta pedis Oratio. Il. 1. 5. Caput liberum arbitrium; cor consilium; pes carnalis desiderium. Rich. a S. Vict. de statu inter hom. tr. 1. c. 1.

Ex Novo.

Omnis arbor. Matth. 7. 17. Per arborem intelligimus, seu bonam, seu malam voluntatem. V. Beda hic.

Si quis vult post me venire. Luc. 9. 23. Eques, & nobilis, habet duo fervoros genera: quosdam captivos, & emptos; quosdam cognatos, & consanguineos; colque nobiles, & honoratos. Prioribus imperat, nolint, velint: & ab illis urbane, & comiter petit. Homo servus nobilis, & consanguineus Dei, reliquæ creaturæ, sol, luna, stellæ, terra; mancipia: his imperat. Sic imperat folii, ut flaret. Jos. 10. 12. Tempore Passionis solii, & luna: ne lucent. Igni. Dan. 3. 49. Jordani ne fluere. Jos. 3. 16. Leonibus. Dan. 14. 30. Corvo, ut pasceret Eliam. 3. Reg. 17. 4. Balena, ut servaret Jonam. 2. 1. Ab homine petit tanquam ab illustri & cognato, relinquendo totum in manu ejus. Paralytico dicit: vis sanus fieri? Joan. 5. 6. Cæco: quid vis ut faciam? Luc. 18. 41. Stella hic.

Da mihi portionem substantiæ. Luc. 15. 12. Rationalis, ad quam sublevari liberum arbitrium, substantia est hominis. Dat nobis Dominus rationem, ut ealiber, tanquam nostra substantia, utamur. Theophylactus hic. In sua potestate esse voluit ille filius, qui dixit: da mihi partem patrimonii, quæ me contingit. Bene servabatur apud patrem, ne cum meretricibus dissiparetur. Accepit, facta est in ejus potestate: profectus in regionem longinquam effudit omnia cum meretricibus. S. August. in Pl. 131.

Ecco sto ad ostium; & pulso. Apoc. 3. 20. Mea præsentia nulli vin affert: cordis ostium pulso: promptè sperient super salutem suam gratulor; illumque opiparæ cœnæ loco duco. S. Andreas Cæsar. l. c. 23. in Apoc.

Ex Patribus, & aliis.

Non est Rex, neque princeps, qui extorqueat nobis facere, quod non proposuimus. Nec similes sumus Græciæ Philosophorum; qui verba pro rebus meditati sunt ad opinionis celebritatem. Nobis res factæ verbis, & verba rebus: res celeres & sermones breves; in virtute nobis libertas est. S. Ambros. ep. post medium.

In malis, flagitiosisque, factis cupiditas proprie dicitur, non voluntas. S. August. l. 2. de serm. Dom. in morte c. 34.

Caput languet: quia liberum arbitrium ad omne bonum torpet. Cor moeret: quia malum, quod patitur consilium, sicut, nec ignorare, sic nec dissimulare valet. Pes cum toto corpore dolet: quia concupiscentia malum undique fervet. Rich. à S. Vict. tr. 1. de statu inter. hom. c. 11.

Inter omnia creationis bona nihil in homine sublimius, nihil dignius libero arbitrio: nihil utilius, nihil occultius salubri consilio: nihil inferius, nihil infimus carnali desiderio. Idem ib. c. 3.

Totus Infernus, totus Mundus, totus denique militie ecclesiæ exercitus in unum concurrat, in hoc conjuret: unus ex libero arbitrio consensus in qualicunque re invito extorqueri non potest. Idem ib.

Nihil est homini amabilius libertate proprie voluntatis: per hanc enim homo est etiam aliorum dominus; per hanc alii uti, vel frui potest: per hanc etiam actibus suis dominatur. S. Thom. Aqu. de perfect. vitæ spir. c. 19.

Liberum nostrum arbitrium nunquam tam est liberum, quam quando est mancipium divinæ voluntatis: sicut nunquam magis est servum; quam quando servit proprie nostræ voluntati. Sicut nunquam tantum habet vitæ, quam quando sibi ipsi mortuum est: nunquam contra tantum habet mortis, quam quando sibi ipsi vivit. S. Franc. Salef. de div. am. c. 10. lb. 12.

Algerus de Sacramentis l. 2. c. 7. querit: cur supplicia peccati & poenitentia virtutis, sint æterna; cum operis sint temporalia? ut videtur non solum immodicus rigor; quod unius horula, vel momenti, culpam æterna poenitentia; sed etiam quædam prodigalitas, quod operis temporaria remuneratio sit æterna. Respondet: quia Deus non temporalem actionem, sed perpetuam boni, vel mali, remunerat, vel donat, voluntatis: quæ, si in æternum viveret, in æternum in suo proposito permaneret; idque justè æternitatem retributionis æternitati voluntatis appendit.

Congruum est, ut ad liberæ finis voluntatis, conformandum nos loco, in quo sumus; qui quo sumus; qui est medius inter bonum, & malum; inter cælum, & Infernum. Broyard. Voluntatis libera.

§. II.

Voluntas bona pro opere.

Ex Veteri.

Non peperisti unigenito tuo propter me. Genes. 22. 12. Voluntas pro opere accepto. Did. Nys. Vita Abr. lib. 11. c. 6.

Consecrasti manus vestras hodie Domino, unusquisque in filio & in fratre suo, ut detur vobis benedictio. Exod. 32. 29. Sed

quomodo Levitæ filios; ac fratres suos occidere poterunt? Nam Moyses convocavit ad se omnes Levitas, ad idololatras occidendos, ut apparet v. 26. Filii verò, ob fratres, Levitarum erant etiam Levitæ. Ergo nullus fuit Levita occisus, sed omnes occisores. Alter, & alter respondent Lyranus, Abulenſis, Cajetanus, Olearter. Sed facilis, & accommodata, videtur hæc responsio: Levitas, non factio, sed voto, fuisse suorum filiorum, & fratrum, occisores: aded enim prompti erant ad parendum Deo: ut etiam fratres, & filios occiderent; si jusset. Mendoza in 1. Reg. 3. Annot. 3. Sect. 2.

In dedicatione templi Salomonici inscripsit David Psal. 29. Psalmus Cantici in dedicatione Domus David. Cur non potius dixit, in dedicatione Domus Salomonis? nam illud templum non à David, sed à Salomone conditum fuerat. Respondeo ex Lyrano: quia licet Salomon templum illud ipso opere condiderit, David tamen multò antè illud animo, & voluntate, ædificaverat: quia non minus Deus obsequendi affectu quam effectu, delectatur. Id. in 1. Reg. 14. Sect. 2.

Surge Domine in requiem tuam. Pl. 131. 8. Salomon templum inchoavit & perfecit; David nec lapidem primum posuit: voluntate tamen efficax de ædificando Deo sic placuit, ut ei adscribatur. Sylveira in Apoc. 5.

Probe sili mi cor tuum mihi. Prov. 23. 26. Feliciter nobiscum agitur, ex quo Legis imperium à corpore migravit in mentem. Licet namque esse, quod non fumus; ex quo sola voluntas in sacrificio est. Inter plumas Martyrum lauris non fraudamur, si cor sitiat Martyrium. Oliva l. 12. Strom. §. Præbe. &c.

Ex Novo.

Calicem quidem meum bibitis. Matth. 20. 23. Joannes non desuit martyrio, sed mors Joanni desuit martyrio, ex quo voluntas pro facto accipitur. S. Hieron. Non Joannes mortis, sed mors Joanni desuit in martyrio. Verè, sicut illi Dominus antè promiserat, calicem Domini bibit; & sine morte Martyrii meritum, & gloriam obtinuit; & martyrum laurea in cælo est coronatus. S. Thom. Vill. l. de S. Joanne.

Vespere autem Sabbati. Matth. 28. 1. Quomodo S. Matthæus dicit eas venisse vespere Sabbati? cum juxta alios Evangelistas, venisse legantur valde mane? Respondeo: Matthæus respexit ad intentionem, & desiderium, harum foeminarum; ided asserit, eas venisse vespere Sabbati: non quod hora vespertina, vel ante mediam noctem, arripuerint iter: sed quia tunc se preparabant, totaque noctem duxerant infonnem, conficiendo aromata. Dion. Carth. hic.

Reliquis omnibus secutus est enim. Luc. 5. 28. & fecit convivium magnum Levi in domo sua. v. 29. Quæritur: cum sicut Lucas insinuat, reliquis omnibus secutus sit Christum de telonio Matthæus; quomodo postea in domo sua suis sumptibus pascat eum cum publicanis, & peccatoribus? Ex quo liquet, quod res votis magis, quam manū relinquunt. S. Paschal. in Matth. 9. Licet Matthæus domo nondum discedit, neque bonus se abdicavit; dicit nihilominus Lucas, reliquisse illum omnia: idque propter voluntatem, qua se obstinaverat ad renuntiandum domui, familie, & opibus. Erat obnoxius accipiendis, reddendisque: rationibus; habebat, quæ cum aliis componeret; & relinquere ea indigebat, sine aliorum injuria & offensione conscientie proprie, non poterat: & ided conveniebat, ut non statim abiceret omnia. Did. Nys. Vit. Abr. l. 11. c. 6.

In plagis supra modum in moribus frequenter. 2. Cor. 11. 23. Estne possibile, ut quis sæpe moriatur? Etiam: quamvis non mortis experientia; attamen moriendi proposito. S. Chrysoſt. hom. 11. in Gen.

Ex Patribus, & aliis.

Sæpe numero dixi vobis, Martyrem facere non mortem tantum, sed animi quoque propositum: non enim eventu solo, sed etiam voluntate. Martyrii corona comparatur. Et hanc non ego, sed Paulus asserit Martyrii definitionem: quotidie mori. 1. Cor. 15. 31. Quomodo quotidie morieris? proposito nimirum animi, inquit, quodque ad mortem sim paratus. Abraham non gladium cruentavit, non altare rubefecit, non Isaac jugulavit; sed tamen sacrificium consecit. Non peperisti filio tuo. Gen. 22. 12. Atqui vivum eum recepit, & incolumem reduxit: quomodo igitur non peperit? Non mactavit manus, at voluntas mactavit. S. Chrysoſt. tom. 6. Laudatio S. P. N. Eulachii Antioch. Arch. Ep.

Martyrium non eventu tantum æstimatur, sed etiam proposito. Non cum Martyr decollatur, tunc fit Martyr; sed ex quo propositum ostendit profectum, Martyr est: etiam si non patitur, quæ Martyres solent. Id. in Pl. 95.

Quis potest omnibus hominibus bene facere? potest tamen hominibus bene velle. Potest dicere aliquis: facultatem non habeo; nunquid dicere potest, bonam voluntatem habere non possum? S. Cæsar. Ariet. hom. 19.

Aliquando plus meritum est, velle flere, & non posse; quam

quàm flexibus abundare. Genes. l. in Cœna Dom. de poenitentia.

Potes querere: quid debet dare pauper, qui nihil habet? urique habeat? voluntatem, & consideret sic secum: si haberem aliquid, libens largiter darem: hæc enim voluntas reputatur ei pro opere. l. 2. Revel. S. Brig. c. 14. V. C.

§. III.

Voluntas bona facit omnia facilia.

Alima esuriens etiam amatum pro dulci sumet. Prov. 27. 7.

Intrate per angustam portam. Matth. 7. 13. Quomodo igitur, dixerit aliquis, dictum est illud: jugum meum suave est, & onus meum leve? Nam, si angusta est via, & aspera; quomodo rursus eam levem, facilemque, vocat? Illud quidem dictum est, propter naturam afflictionum; hoc vero propter spontaneam voluntatem adeptum. Nam fieri potest, ut, quod natura est intolerabile, sit leve, si cum alacritate animi suscipiamus. S. Chrysoſt. hom. 3. de Lazaro.

Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & insipientias vestras. Philipp. 4. 7. Cur pacem prius in cordibus eorum, & deinde in intelligentiis residere exoptat? S. Thom. custodiat corda vestra, id est, affectus vestros; ut in nullo declinetis à bono, quod d. Voluntas humana sic, in quod desiderat, propendet; ut, quod amat, semper reputet melius, & alacriter exequatur. Ut ergo divite pacis singulare bonum non omnes custodiret, prius voluntatis, & cordis, arcem præoccupare cupit Paulus: ut, ea obtenta, totum hominem custodiat. Nam, si voluntas semel pacem divinam diligit, sine dubio in intellectum, & ceteras potentias, hanc pacem diffundet. Castillo Illat. 206.

§. VI.

De voluntate bona varia.

Ecce corona capitis vestri. Th. 5. 16. Corona capitis nostri tunc perit, cum bona voluntas amittitur. De qua recit Propheta canit: scuto bona voluntatis tua coronasti nos. Pl. 5. 13. S. Paschas. hic.

Gloria in altissimis Deo; & in terra pax hominibus bona voluntatis. Luc. 2. 14. Redemptore nato cœli cives ostensis sunt, qui clamarent: gloria &c. ante Dei namque oculos nunquam est manus vacua à mure; si fuerit arca cordis repleta bona voluntate. S. Gregor. ho. 5. in Evang. Nihil Deo offertur ditius bona voluntate. Idem hom. 4. in Evang. Aurum mens bona est; quæ non immeritò comparatur auro: nam, sicut aurum ceteris præstat metallis; ita mens bona in homine ceteris potior est humane substantiæ portionibus. S. Ambros. ser. de 42. mansuetibus &c.

Bona voluntas origo est in animo omnium bonorum, & omnium mater virtutum. S. Bernardus ep. ad FF. de vita solitaria.

Bona voluntas omnium bonorum gemmæ est primum. S. Prosper. l. 1. de vocat. gen. c. 6.

Inter omnia Dei dona; quæ ad salutem hominis spectare videntur, primum, & principale: donum bona voluntas esse cognoscitur; per quam in nobis divinæ similitudinis imago reparatur. Quidquid homo agit, bonum esse non potest, nisi ex bona voluntate procedat. Quidquid, ex bona voluntate fit, malum esse non poterit. Rich. à S. Vict. lib. qui dicitur Benjamin c. 64.

Si homo omnes alias potentias bonas habeat, non potest dici bonus homo; nisi habeat bonam voluntatem; secundum quam aliis omnibus bene utitur. S. Thom. Aqu. in Galat. 5. Laet. 6.

Sacrificium Deo bonæ voluntatis offerre satagite, si in conspectu ejus vultis veri divites apparere. B. Petrus Dam. l. in Nat. Dom.

Tantus thesaurus est bona voluntas; ut totus Mundus ei æquiparari non possit. Blosius parad. an. c. 33.

§. V.

Voluntas Dei.

Ex Veteri, & Novo.

Ab eo commoveantur omnes inhabitantes orbem. Pl. 32. Hoc est, omnis motus, sive ex mente, sive ex corpore, actum perficiens, divinæ voluntati obtemperet: sic enim ab ipso commovebuntur. Videlicet si nec oculus, nec manus, præter Dei voluntatem, ac mandatum, moveantur. Neque item cor ea, quæ Deo displicent, excogitet. Et denum à nulla alia causa, præterquam Dei timore, moveantur. S. Basilis hic.

Docui facere voluntatem tuam: quia Deus mens tu es. Psal.

142. 10. Si non me docueris, faciam voluntatem meam; & deferet me Deus meus. S. August. hic.

Adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua. Matth. 6. 10. Hoc est regnum Dei, quando & in cælo, & in terra, Dei est sola voluntas: quando in omnibus hominibus Deus meus est, Deus vivit, Deus agit, Deus regnat, Deus est totus. S. Chrysol. l. 67. Ut videlicet voluntas nostri Conditoris; sicut in omnibus justis perficitur; ita & in nobis quoque peccatoribus impleatur. S. Gregor. mor. l. 15. cap. 19.

Surgite, eamus. Marci 14. 42. Tepidas excitat sua promptitudine mentes; & cognita voluntate Paterna, intrepide se donat in poenas. Argumento pro moribus est nobis: ut quod omnino novimus, Deum velle, leve, & asperum, prompto animo capiamus. Sim. Cass. l. 13. c. 13.

Commoda mihi tres panes. Luc. 11. 6. Credo, petendos nobis esse tres panes, Veritatis, Charitatis, Fortitudinis. Commoda ergo mihi amice tres panes: ut intelligam, ut diligam, ut faciam voluntatem tuam. S. Bernardus l. in rogat. de 3. panib.

Vapulabit multis. Luc. 12. 47. Meritò fortiter flagellatur hic Mundus: cognovit enim jam verba Domini Mundus. Servus est, sciens voluntatem Domini sui, & faciens digna plagis. S. August. l. 12. de verbis Domini.

Mens cibi est. Joan. 4. 34. q. d. quid de corporali cibo me reficiendum intenditis? licet corpore fatigatus existam spiritus promptissimus est; lassitudine non tabescit; id querit efficere, quod a Patre in mandatis accepit; cui omnes corporis cura postponenda est. Cessandum est ab alimentis, & competentibus corpori; si faciendi Domini voluntatem opportuna instat occasio. Sim. Cass. l. 11. c. 3.

Qui vivit, vivit Deo. Rom. 6. 10. Sicut Deo vivere dicitur is, qui secundum voluntatem; Dei vivit isti peccato vivere dicitur is, qui secundum voluntatem peccati vivit. Origenes l. 5. hic.

Dies Domini declarabit. 1. Cor. 3. 13. Quando homo suam voluntatem implet, etiam contra Deum, tunc est dies hominis. Hic est hora vestra. Luc. 22. 53. Die hominis non desideravi. Jer. 17. 16. Dies verò Domini dicitur, quando voluntas Domini complectur de hominibus; qui per ejus justitiam, vel præmiabuntur, vel damnabuntur. S. Thom. Aqu. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Cum videam homines habere in pessima consuetudine, ubi dei debet, hoc Deus voluit; dicere, hoc voluit fortuna. S. August. l. 1. Retract. 1.

Sunt utraque ista unum quiddam: nam, quæ utilia nobis sunt, illa vult Deus; & quæ Deus vult, illa demum & utilia nobis sunt. S. Chrysol. l. 20. in Rom. 12.

Voluntas Dei quatuor modis accipitur à Doctores: scilicet pro scientia Dei, pro voluntate Sanctorum, pro ratione humana, pro præceptis divinis. S. Anselmus l. de Vol. Dei.

Nihil ex eo amplius requirendum, quam ut quis ejus novitæ voluntatem: sine qua ei nec legitime servire poterit, nec placere. S. Zeno Veron.

Ad cognitionem, ac voluntatem, Domini componantur actiones tuæ; & laqueis diaboli non implicaberis. S. Ephrem consilio de vita spir. ad Monach. Novitium c. 7.

Quisquis cor suum direxerit ad divinam voluntatem, hic puerum quemvis parvulum aded illuminatum mirabiliter offendet, à quo poterit voluntatem Dei dicere. S. Dorothea. Ab. Doct.

Divina voluntas omnium creaturarum prima regula est. S. Thom. Vill. conc. de S. Joan. Evang.

§. VI.

Voluntatis humanæ cum divina conformitas.

Figura, Symbola, Similitudines.

Ex Veteri, Novo, Patribus, & aliis.

Abraham! Abraham! Gen. 22. 1. Geminatio nominis idem est, quod Levit. 17. & Ezech. 14. Ubi dicitur: homo! homo! q. d. homo interior, & homo exterior, promptus debet esse ad obediendum in duobus: scilicet ad flagella, & opera. Pl. 107. 1. paratum cor meum Deo, paratum es. Hugo Cardin. hic.

Expandentes alas, respiciantque se mundus, versus vultibus in propitiatorium. Ex. 25. 20. Certe Cherubim circumstantia propitiatorium, conversa ad propitiatorium, & pene nutui divino oculum intendentia. Ad Dei enim voluntatem tantum respicit sancta cœlestium spirituum multitudo. Cyrillus Alex. in Catena.

Effundi animam meam in conspectu Domini. 1. Reg. 1. 15. Hoc est; interprete Cajetano, omnes affectus meos. Similiter David Pl. 61. 9. effundis coram illo corda vestra. Thren. 2. 19. effunde

offende sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. Verbum offedere offendit indifferentiam animi: significat enim liberalem traditionem omnium affectuum; ne uno quidem reservato. Mendoza hic annot. 8.

Ut iumentum saluum sum apud te. Pl. 72. 23. & ego semper tecum. Quasi iumentum, inquit, volo ire, Domine, quocumque me duxeris. Diez D. 1. Quadr.

Sex ala uni, & sex ala alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus velabant. Il. 6. 2. Extremis alis ad velandum, ad volandum mediis, utebantur. Lyranus: ad designandum, quod Angeli semper sint parati ad divina ascendere, & ad inferiora descendere, secundum Domini voluntatem: idem volatus in medio loco describitur; quasi ad utrumque paratus. Did. Nyf. Vit. Abr. lib. 9. cap. 2.

Non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus. Matth. 15. 26. Etiam Domine. Chrysologus: comminutum, & conculcatum a filiis panem canis tota fide toto desiderio, lambere festinat. Mira est canis fidelitas: quia cibos accipit, licet indigne illi projiciantur: seu caro sit, seu os, seu multum, seu parum. Did. Nyf. D. 3. Epiph. §. 3.

Capilli erant candidi tanquam lana alba. Apoc. 1. 14. Victorius ait: in capillis delinari feros ejus. Cur hic capilli, non ut nigra, sed ut alba lana fuerint? Respondet Glossa ordin. quia lana alba apta est ad quoscunque colores recipiendos. Scilicet servi Dei indifferentes esse debent ad suscipiendum colorem, quocumque illos vult Deus imbueri. Philipp. 4. 2. Scio, & humiliter, sed & abundare. Did. Nyf. ser. 6. Dom. 4. Quadr. §. 5.

Beate sunt ille animæ, quæ dorsum suum curvaverunt, ut suscipiant scelerum Verbum Dei. Super se; & fræna ejus patiuntur: ut, quocumque ipse voluerit, flectat eos, & agat, habens præceptorum suorum: quia jam non propria voluntate incidunt; sed ad omnia ducuntur, & reducantur, voluntate fessoris. Origen. hom. 3. in Cant.

Sicut is, qui est in navi quæpiam, non se movet proprio motu; sed finit se solam moveri, juxta motum navis, in qua ille est: eodem modo cor humanum, quod ascendit navim beneplaciti divini, non debet habere aliam voluntatem, quin ut finit se vehi ad terminum voluntate Dei sibi constitutum. S. Franc. Sald. de div. am. l. 9. c. 13.

Construe tibi, per mentis conceptum, veluti habitaculum quoddam ex solius divinæ voluntatis materia: teque in eo ita concludet; ut in omnibus, quæ agenda, vel omittenda, occurrunt, cogites, voluntatem Dei te circumdare, secundum quam semper vivere debes. Proinde nihil aspicere, nihil audire, nihil gustare, nihil aliis sensibus percipere; nusquam progredi, nihil facere, nihil loqui, nihil cogitare, aut desiderare, velis aliter; quam Deo placitum, acceptumque, esse credis. Blosius Conclavis animæ p. 3. c. unico. Bos. Lem: In utrumque paratus. Picinelli.

Exempla.

Ex Veteri.

Aperiens Noe testum aræ, aspexit, viditque, quod exsiccata esset superficies terræ. Gen. 8. 13. Adhuc Noe differit egressum ex illa custodia, in qua tenebrarum compedibus circumtus tam diu delituit; nec præpropæ fugam parat ex conubertur ferarum. Expectat Domini nutum, & imperium; totum se committit divinis jussionibus; ut ad vocem cælestis oraculi, ingrediatur, & egrediatur. S. Ambros. l. de Noe c. 21. recedente aqua, & siccata terra, exire potuit Noe de arca: sed iustus nihil sibi arrogat; sed totum divino se committit imperio. Et maxime, qui cælesti fuerat ingressus oraculo, cœlestes debuit, ut egredieretur, expectare responsum. Arcone in l. 3. 3. Dile. §.

Quæsit Dominus sibi virum iuxta cor suum. 1. Reg. 13. 14. Dum David cordi Dei cor proprium jungit; & menti ejus mentem suam adnectit: hoc est, ut, quæ vult Deus velit, & quæ non vult, similiter nolit: sic eum Dominus individo amore, & conjuncta charitate dilexit. S. Chrysof. ho. de David, & Goliath.

Si dixeris mihi, non places, praesto sum. 2. Reg. 15. 26. Ad est obsequendum, ut regno faceret, & exul vagulque, per orbem oberrem; ac siam pauper, & inops, ut etiam victum mendicare cogar. Vide miram Davidis humilitatem, obedientiam, & resignationem. Cornelius hic.

Paratum cor meum. Psal. 107. 2. Qui habet cor ita paratum ad omnia, talis potest habere pacem cordis, & gaudium. Unde bene post hæc subdit: cantabo. Hugo Cardin. hic.

Sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat. 1. Machab. 3. 60. Ut vel vincamus, vel vincamus, prout Deus voluerit. q. d. utcumque alea belli cadet: bene cadet: quia cadet ex voluntate Dei, quia nihil est melius. Nota Judæ fortitudinem, pietatem, resignationem in Dei voluntatem; quia Dei gratiam & victoriam, sibi, suisque conciliavit. Cornelius hic.

Christus.

Ipsè vult dormire. Matth. 8. 24. Exprimitur securitas potestatis; quod, omnibus dormientibus, solus intrepidus quiescebat. Sancti. Ambros. in Luc. 8. Porro cervical, in quo, teste Macro, dormiebat, resignatio est Dei voluntatem. Cornelius hic.

Ita Pater &c. Matth. 11. 26. Transseat à me calix iste. Matth. 26. 39. Quod dixit, transseat, si possibile est, humanitatem suam offendit: eo vero, quod, non ut ego volo, sed ut tu, sublimem admirabilis philosophiz virtutem tradidit: cum exemplo nos doceat, etiam natura abhorrente, ac renitente, Deum esse sequendum; S. Chrysof. hom. 84. in Matth.

Agbarus à spiritu. Luc. 4. 1. Beati, qui in omnibus consentiunt se duci à Spiritu S. de his. Rom. 8. 14. Quicunque à spiritu Dei aguntur, si sunt filii Dei. Quid ais Apollote? credimus enim, inter bruta, & homines, hoc interesse; quod bruta aguntur, & non agunt; ducuntur, & non ipsa se ducunt: homines vero agunt, & non aguntur. Qui perfecti sunt in virtute, & verè filii Dei, ejus divino beneplacito subjecti sunt, ut propriam voluntatem nequaquam habere videantur: hoc est duci à Spiritu Dei. Sic orat David Pl. 72. 23. ut iumentum saluum sum apud te; & ego semper tecum: quasi iumentum, inquit, volo ire, Domine, quocumque duxeris. Diez D. 1. Quadr.

Alia exempla ex Novo, & aliis.

Si quis poterit mundare. Matth. 8. 2. Ecce, quem amas, infirmatur. Joan. 11. 3. Ego, quod melius est, decerne; & de omnibus voluntas tua fiat: nosque tuam semper laudabimus bonitatem. Nunquam melius nostræ terminatur pressoræ, quam ut referatur in Domini voluntatem: ut in his, quæ decernit, sibi nostra voluntas peccata subdat. Sim. Cass. l. 5. c. 15.

Domine, quid me vis facere? Act. 9. 6. Se offert ad omnes labores, persecutiones &c. pro Deo sustinendas. Sylveira hic. O verbum breve; sed plenum, vivum, & omni acceptione dignum. S. Bernardus l. 1. in conv. S. Pauli.

Quidquid terroris habet Mundus, contemno: quidquid delectabile habet; rideo. Divitiis non cupio, pauperatem non horresco, mortem non timeo. Semper enim dico: Domine voluntas tua fiat: non quod ille vult, vel ille; sed quod tu vis: tua voluntas mihi turris fortissima, & petra stabilis, & baculus fidus. S. Chrysof. hom. de exultatione ipsius.

Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, dicebat S. Martinus. O verè sanctissimum animam! ò inestimabilem charitatem! ò obedientiam singularem! Bonum certamen certasti &c. de reliquo superest tibi coronajustitiæ, quam reddet tibi Dominus hodie iustus Judex. Et adhuc dicis: non recuso laborem; fiat voluntas tua. Obtulisti planè Isaac, unicum illum, quem diligis: quod in te est, jugulasti, immolasti, singulare gaudium tuam pia devotione; paratus redire iterum in pericula, innovare certamina, denud subire laborem, sustinere tribulationem, prolongare tentationem. Deinde differi adhuc ab illa tanta felicitate, & diu desiderata societate spirituum beatorum; atque in hujus mortalitatis ærumnas ab ipso introitu gloriæ revocari. Postremò, quod maximum est; à Christo tuo peregrinari diutius; si modò ipse voluisset. S. Bernardus l. in festo S. Martini.

Narrat Alphonsus Salmeron tom. 10. tr. 11. fuisse hominem, qui orationis loco totum ordine alphabetum recitavit (utique perplexa necessitate pressus) cum hac clausula: Domine, junge tu literas: & quod tibi magis placet, mihi que expedit, largire.

Motivum variis.

Fiat voluntas tua. Matth. 6. 10. Nihil in desiderio restitum, nihil in actione perfectum; quam in anima, & corpore, fatigare, Dei perficere voluntatem. Voluntatem Dei facere, est abnegare seipsum; & quicquid datum, acceptumque, est gratis à natura, subdere sancto mandato Legis, & Evangelicis disciplinis: & tranquillum fieri ad omnia prospera, & adversa; quæ divina providentia, & dispositione, aguntur. Voluntatem Dei ostenditur in præceptis; quæ qui perfecterit, ejus factus est amicus. Testatur hoc Dei Filius suis Discipulis: vos amici mei estis; si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Joan. 15. 14. Etiam in hominibus querentibus invicem amicitiam, nunquam aptius amicitia ipsa conditur; quam verba vice unitus, & alterius, perficere voluntatem. Sim. Cass. lib. 10. c. 30. Fiat voluntas tua sicut, supple, fit in celo ab Electis: hoc est: da, ut conformes tibi fiamus in terris, sicut conformes tibi facti sunt sancti in caelis. Geslon. tr. de orat. Dom. In filiorum ordine, gradumque, provecti, illa continuo, quæ est in bonis filiis pietate flagrabimus: ut

tu jam non pro nostris utilitatibus, sed pro nostri Patris gloria totum impendamus affectum, dicentes ei: sanctificetur nomen tuum; nostrum desiderium, nostrum gaudium, gloriam nostri Patris esse resistentes. Cassianus Coll. 9. c. 18. Tunc Deus perfectè regnat in nobis, quando nos sumus omnino ei subjecti. Et idè addit Matthæus post hæc petitionem: fiat voluntas tua. S. Bonaventura in Luc. 11.

Abnegat semetipsum. Matth. 16. 24. Quid est, seipsum abnegare? nisi voluntatem suam Deo dare, & se totum Deo committere, nihil de se retinere. Idem l. 16. de S. Marco.

Quid tibi vis faciam? Luc. 18. 41. Quanta est miseratio tua Domine; quanta dignatio tua. Sicine Dominus servi querit facere voluntatem? Verè cœcus ille: quia non consideravit, non expavit, non exclamavit: absit hoc Domine; tu magis dic, quid me facere velis. S. Bernardus l. 1. de Conv. S. Pauli.

Judicium meum iustum est: quia non quero voluntatem meam. Joan. 5. 30. Quicumque querit facere voluntatem propriam, facit errat in iudicio. Voluntas autem divina lex est omnis iudicii. Et propterea, qui conformat se voluntati divinæ, non errat in iudicando. Cajetanus hic.

Ex Patriis, & aliis.

Illud sit tibi & Scriptura, & natura, & disciplina; quod gratum Deo invenierit. Tertull. l. de vel. Virginius.

Miles, qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipse disponit sibi; nec pro suo arbitrio viam capit, nec voluntaria caput compendia, nec recedat à signis; sed itinerarium accipit ab Imperatore, & custodit illud, præscripto incedit ordine, reclaque via consicit iter; ut inveniat commeanium parata sibi subsidia. Si alio ambulaverit itinere, annonam non accipit, mansionem peccatum non invenit: quia Imperator jubet iis parari omnia hæc, qui sequuntur mentoque non desit, qui Imperatore sequitur. Hanc legem viandi, Christo dicente, Sanctis commeanibus præscriptam velim. Sancti. Ambros. l. 5. apud Bazæam t. 1. lib. 3. cap. 4. §. 23.

Grandem vim obtinet vera dilectio. Et, qui perfectè amat, totam sibi vindicat amantem voluntatem. Nihil est imperiosius charitate. S. Hieron. ep. 14. forè Paulini Nolani Ep. ad Celantiam.

illi perfectè diligunt Deum, qui volendo, quod vult Deus; & nolendo, quod non vult, acquiescunt. S. Prosper Aquit. l. 3. de virt. & vit. c. 15.

Totius humanitatis summa in eo videtur consistere; si voluntas nostra divinæ, ut dignum est, subjecta sit voluntati. Ad verò subjectionem istam triplicem esse necesse est: ut, quod certum est, Deum velle; id nos velimus omnino: & quod incertum est, eum nolle, similiter exerceamus; nos: quod autem incertum est, utrum velit, aut nolit; neque velimus ex toto; neque penitus non velimus. S. Bernardus ferm. quomodo voluntas nostra subsicienda divinæ.

Hoc est totum bonum hominis, ut conformet se voluntati divinæ. S. Thom. Aqu. D. infra Oct. Epiph. Tunc amicitia cognoscitur esse vera, si sit utriusque dilecti mutua familiaritate conjuncta: si ab eodem velle, & nolle, non diffona. S. Bonaventura l. 18. de S. Joanne.

In vera amicitia est cor unum, & anima una: sed in una, eademque, anima est voluntas una, & in seipsa non diffona, non contraria, non diversa. Idem ib.

Heu Domine mi! (inquirebat venient ad se) ego indigna nihil, quod tuam divinam possit concedere magnificentiam, præparavi; sed totam substantiam meam offero pietati tuæ: desiderans, & orans; ut tu ipse tibi met digneris in me præparare, quidquid tuam divinam me summè delectare potest benignitatem. Cui Dominus: si vis, inquit; mihi hæc in te præfere libertatem; da mihi clavem, qua omnia liberè possum accipere, & reponere; quæcumque mihi, tam ad commodum, quam ad refectionem, placent. Ad quod illa: Et que est clavis? respondit Dominus: voluntas tua propria. Inlin. div. piet. S. Gertrudis l. 4. c. 23.

Nulla præstantior oratio est; quam ut quis petat, gravissimum Dei voluntatem in se, & omnibus aliis, fieri. Blosius Iustit. spir. c. 8.

Æquum est, ut homini placeat, quidquid Deo placeat. Lipsius l. de constantia c. 14.

Teffera. Deus vult.

S. VII.

Voluntas mala.

Jerusalem! Jerusalem! quoties volui - & nolui. Matth. 23. 37. Multa opera bona ostendi vobis ex Patre meo, propter quod erunt opus me lapidatis. Joan. 10. 32. Non dicit, vultis me lapidare; sed lapidatis. Ut intelligamus, quod erant in pro. R. P. Spanner Poly. Tom. II.

cinctu lapidandi: immò quòd, quantum ex ipsis erat, lapidabant. Cajetanus hic.

Hæc voluntas vaga, incerta, instabilis, imperita; infirma ad efficiendum, facilis ad audiendum; in cupiditatibus coeca, in honoribus tumida; curis anxia, suspitionibus inquieta; gloriæ, quam virtutum, avidior; famæ, quam conscientiz, diligentior; & per omnem sui experientiam, miserior fruentio is, quæ concupiverit, quam carendo; nihil in suis habet viribus, nisi periculi facilitatem. S. Ambros. l. 1. de vocat. gent. c. 2.

Ubique voluntas est in causa; ubique nostrum arbitrium est auctor: quandoquidem diabolus etiam utilis est nobis; si eo, prout oportet, utamur. S. Chrysof. tom. 6. ferm. cur è medio non fit sublatus diabolus.

Quid est malicia? voluntas mala: in voluntate mala dilectio mala. Hugo à S. Vict. de iudicio veri & boni.

S. VIII.

Voluntas mala sæpe pro lege, & jure.

Cadit, ut peccarent. Gen. 40. 1. Quid peccarint, non constat; ferunt tamen vincula, nulla juris forma servata. Ubi testes? ubi iudex? ubi probatio scelerum? Sed regis voluntas, regis potestas est. S. Ambr. l. de Joseph. exemplo cœteris esse debent (hæc alii) quibus in regia voluntate spes omnis fies quibus levev offensa summum fit periculum. Velloso in Judith. 3. Paran. 3.

Hæc erit ejus regis, qui imperatoris est vobis. 1. Reg. 8. 11. Sed quænam hujus juris forma? à regis vestris, & vineas vestras, & olivæ optima, collectæ, & habitis servis suis. v. 14. Miror, vim apertè factam hausto juris colore adumbratam. Cur ita? Cajetanus, erunt juris: quia Rex jus esse voluit. Idem in Judith. Disq. 4. Paran. 2.

Numerate populum. 2. Reg. 24. 2. Peccasse regem mandato hoc constat. 1. Paral. 21. ubi sextus ait, regem à Sathana deceptum, & commotum. Obstitit Joab: quid sibi Dominus Rex vult? Abulens. q. 10. vidit Jacobus voluntatem regis esse inclinam ad aliquid agendum, quod erat penitus sine ratione; quod incitaret eum diabolus. Persistit David: obstitit sermo regis. v. 4. Non occidit Rex bonis viris, non optinam consiliis, non sacris functionibus; utpote voluntarius homo. Velloso in Judith. 3. Paran. 3.

Utete servitio nostro, sicut placuerit tibi. Judith. 3. 6. Voluntas regibus pro lege est. Decernunt Senatores Perfici, invenisse se legem, qua liceret Cambyses facere, quidquid luberet ita Herodotus l. 2. Idem ib.

Sic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare. Esth. 6. 9. Nabuchodonosor, quos volebat exaltabat; & quos volebat, humiliabat. Dan. 5. 19.

Volo, ut proximus des mihi in dicto capite Joannis Baptista. Marci 6. 25. Hæc juris vis est; hæc una ratio ferendæ sententiæ. Volo. Cur nullam addit petitionis causam? S. Chrysof. hom. 46. quippe nulla afferri poterat. Velloso antè citatus.

S. IX.

Voluntas propria noxia Scæ.

Ex Veteri, & Novo.

Adam, videbo illum, antequam moriar. Gen. 45. 28. Profectus cum magno gaudio, ecce tibi in via ipsa, nescio quo timore percussus, hæret; aded, ut opus fuerit ab ipso Deo animari, & urgeri. Gen. 46. 3. Unde tantus timor? Timuit, quod Deum prius non consulerit, quod divinum imperium non expectavit; sed propriam secutus voluntatem, quam suspectam habebat, tradidit se in viam, ac si ita secum loquatur: quò me me trahit voluntas? juvenis divinæ semper parvi voluntatis; tenax audio parere me? abist hoc à me! hinc ultra non progrediar, nisi progredi à Deo imperetur: præstat filium non videre, quam Deo non obtemperare. Mendoza in 1. Reg. 3. Annot. 2. Sect. 1.

Timuit ergo Elias? & surgens abiit, quocumque eum ferebat voluntas: & petivit anima sua. 2. Reg. 19. 3. Cur Elias, tam magnanimus, quia regem in faciem corripuerat, num timet mulierem? Elias huicque nutu Dei dirigebatur, à quo ad torrentem Carith missus ad viduum, ad Achab. At modò abiit, quocumque eum ferebat voluntas. Dum Dei mandato dirigitur, imperterritus erat; at sequens suam voluntatem, nocens in ea periculum; timet, & mortem optat. Sylveira in Luc. 15. q. 2.

Da mihi portionem substantiæ, quæ me coniungit &c. Luc. 15. 12. Est anima sub seipsa, cum propriam sequitur voluntatem, libertate pernitiosa gaudens. Hic est filius ille prodigus, qui portionem paternæ substantiæ, quæ se coniungebat, accepit: ingenium scilicet, memoriam, vires corporis, cœteraque similia

Illa bona naturæ; quibus non ad divinam, sed ad suam uteretur voluntatem; et tunc tamquam sine Deo in hoc sæculo. S. Bernardus ferm. de div. affect. animæ. Si non laboro te. Joan. 13. 8. Multos decepti regulatio propriæ voluntatis; non solum in malis apertis, sed etiam in manifestissimis bonis. Sim. Cass. l. 13. c. 5.

Ex Patribus, & aliis.

Si conspexeris adolescentem propria voluntate in cœlum ascendentem; tene ipsum; expedit enim ipsi. Id verò de illo quoque intellige; qui, cum ætate sit senex, mente tamen est junior. S. Ephrem. Paræm. 35. Judicium enim proprium tam sæpe fallit, & fallitur; ut ejus ductui; licet in cœlum ferre, & rapere, videatur, tunc fidere nemo possit, aut debeat. Did. Nyss. Pol. Coel. p. 1.1.7. c. 6.

Voluntas propria crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & lexna sævissima. S. Bernardus l. 3. in die Paschæ.

Non est dominus crudelis ad illam; non est tyrannus tam impius, & inhumani; sic urgens servulum, & non parcens. Fatigatum magis instigat, subditum premit durius. Idem ferm. de verb. Petri: ecce nos reliquimus omnia.

Minuendi sanguinis duplex est causa? interduo quantitas, interdum qualitas obest. Hic minus perniciofa abundantia, quam corruptio. Sanguis animæ meæ voluntas; natura siquidem cognatus præ cæteris humoribus sanguis dicitur; & animæ vita in voluntate est. Minuatur ergo prava voluntas, quæ morbi causa est spiritualis. Minuatur, inquam, dum penitus exhauritur, excrucietur non potest. Scindatur & aperitur, venæ ferro compundionis: ut peccati, est non omnis sensus, faltem consensus effluat, & abjiciatur. Idem in sententiis.

Ipsa voluntas propria, est herba diaboli venenosa, suggestionis venenata, & omnibus ea utentibus pessifera. S. Anselmus l. de similitudinibus c. 38.

Solus Deus, quidquid vult, debet velle propria voluntate; ita ut aliam, quam sequatur, non habeat supra se. Cum ergo vult homo aliquid per propriam voluntatem, Deo auctore quasi suam coronam. Sicut enim corona soli regi competit, sic propria voluntas soli Deo. Et sicut regem aliquem inhonoraret, qui suam coronam ei auferret; sic homo inhonorat Deum, qui auctori ei propriæ voluntatis privilegium, habendo, quod ille debet habere solum. Sed sicut propria voluntas Dei fons est, & origo totius boni; ita propria voluntas hominis totius est exordium mali. Idem lib. de similit. c. 8.

Apud inferos, si quis propriæ mortuus esset voluntati, in liberum voluntatem Dei; is utique non auferret. Et in cœlis si quis propriæ esset voluntatis, contra voluntatem Dei; is certe non beatus, sed miser, & infelix foret. Blossius Sacello animæ fidelis §. 5.

§. X.

Voluntas propria mortificanda, abneganda.

Excedere de terra tua. Gen. 12. 1. Factum est in mysterio; quod omnino recedendum est à propria voluntate, & ab affectione suæ carnis, & suorum sensuum, qui vult perferri in divinis. S. Thom. Aqu. hic.

Abraham se apert; ut licet filium Deo. Gen. 22. Similiter Jephthæ Judic. 11. 31. 35. filiam suam sed Deus icium ab Abrahamo renitentem cohibuit, Nil tale facit cum Jephthæ; sed fuit domum ejus tristi lamentatione replere. Jephthæ fecit id, inconsulto Deo, Abraham ab eo justus. Felix ille, qui non propria voluntate, sed Dei imperio, quodcumque opus agreditur. Bæza t. 2. l. 6. c. 4. §. 1.

Qui voluit animam suam salvam facere, perdat eam. Matth. 16. 25. Perdit animam suam, secundum Christum, qui desideria ejus refrænat, qui cupiditates ejus refecat, qui luxuriam ejus castigat; & in nullo profusus facit voluntatem suam, sed voluntatem Dei. Origenes hom. 18. in Num.

Nullum sacrilegii crimen reperitur detestius, quam in voluntate semel oblato Deo recipere potestatem: non debent sibi vivere, qui cor suum Deo dicantur. S. Bernardus ep. ad quemdam.

Non relinquunt omnia, qui retinuit vel seipsum; immò verò nihil prodest, sine seipso cætera reliquisset: quandoquidem nullum aliud onus est gravius homini, quam homo ipse. Quis enim tyrannus crudelior, quæ favior potestas homini, quam hominis ipsius voluntas? B. Petrus Dam. f. de S. Benedicto.

Quid eis prodest, quod facultates suas abjiciunt; qui voluntates proprias non relinquunt: cum sit longè præstantius, voluntatibus propriis renuntiare, quam rebus. S. Prosper Aquit. de vita contempt. l. 2. c. 17.

In sacrificiis antiquorum animalia mactabantur; in sacrificiis Christianorum occiduntur propriæ voluntates. Simon. Cass. l. 13. c. 11.

Super pelvis tuum gradieris. Gen. 3. 14. Homo voluptarius super ventrem ingreditur, serpens ad voluptates perfructuadas. S. Nilus libro alæico.

Nec quidquam mellis adolebitur in sacrificio Domino. Levit. 2. 11. Quid mel in Dei sacrificio non offertur, indicat, apud Deum nihil hujus Mundi, placere. S. Ildorus in Levit. 3. Idem ait V. Beda hic. Nusquam præceptum in Veteris Testamenti ceremoniis invenitur, ut mel sacrificiis mileretur. Per quod intelligitur: quia iis, qui Deo vitæ suæ sacrificium offerunt, nullam carnalem Deum vult ineffe dulcedinem: nihil in eis vivere, quod ad carnalem pertinet voluptatem. B. Petrus Dam. f. de S. Joanne. Mel sanè voluptatis indicium est, & suavitatis: semper enim voluptas mortificat; semper voluptas Deo non placet: quodcumque dulcedinem habet, in Dei sacrificiis non offertur. S. Chrysof. hom. 2. in Marcum.

Mors in olla. 4. Reg. 4. 40. Mors est in olla deliciarum Mundi, quæ gulam, & Venereum provocant; id eoque varios morbos, ac mortem præsentem, & æternam accerunt. Cornelius hic.

Ne desideres da cibis ejus, in quo est panis mendacii. Prov. 23. 3. Dicit, delicias, comæque Mundi hujus voluptates, & pompas; non esse veraces, sed fallaces; mentiuntur se habere veritatem voluptatis; cum ejus inanes tantum continent speciem, & umbram. Mox abeunt; & in dolore desunt. Cornelius hic.

Sicut piscis capitur hamo. Eccl. 9. 12. Homines, qui fluctuans, & instabile, hujus vitæ pelagus sulcant, varias voluptatum illecebras confectantes, quasi carentes ratione pisciculi, malis rebus implicantur. Olympiodorus hic.

Mulca morientes perdunt suavitatem unguenti. Eccl. 10. 1. Concupiscentia apud comparatur mulca: quia instat mulca villis est, exilis, mordax, immunda, improba, & putrida. Est brevis ævi: vivit enim paucos dies: imò subinde paucas horas: sequæ in oleo, melle, aliaque re dulci suffocatur; vel ad lucem lucernæ, aut candelæ, advolans auriat. Denique mulca est indocilis, & indomabilis: sic concupiscentia. Cornelius hic.

Ova aspidum ruperunt. Hc. 59. 5. Ova aspidum sunt exterioris alba, pulchra, & oculis grati; interioris autem veneno plena. Sic Mundi deliciae &c. Stella in Luc. 7.

Ex Veteri, & Novo.

Quasi clavis quibusdam fissigitur anima corporis voluptatibus; & cum semel adhaerent cupiditatibus demerita terrenis; difficile in altum potest, unde descendit, sine Dei favore, revolvere. S. Ambr. l. 4. c. 14. in Luc. 4. in fine.

Quomodo qui scribunt in aqua manu quidem efficiunt Scripturam, typus characterum describentes in humido; ex characteribus autem nihil manet in figura; sed scribendi opera est tantum, dum scribitur; manum enim semper sequitur aquæ superficies: ita & omniscitium, & operatio, quæ ponitur in fruenda voluptate, apparet in iis, quæ fiunt. Sanct. Greg. Nyss. hom. 4. in Ecclesiasten.

Quemadmodum arbores, quæ sub umbraculis crescunt, & in locis ventorum expertibus sitæ sunt; cum ipsa specie prosperè germinant, molles sunt, atque fungosæ; & facile quovis incurfu læduntur: quæ verò excelis in montium verticibus sitæ sunt, à multis, magnique, ventis agitantur; intemperiem aeris assidue ferunt; multa nive feruntur, ferro quovis robustiores evadunt. Pari ratione corpora, quæ multis ac variis in deliciis educantur; quæ molliibus indumentis ornantur, quæ continuis balneis, & unguentis utuntur, & diversi generis alimentis, præter, necessarium usum, delicate fruantur; profusus ad sudores, laboreque proprietate sustinentes, inutilia redduntur. S. Chrysof. t. 6. Orat. in illud: gloriamur in tribulationibus. Rom. 5. 3.

Canis similis est Voluptas: si pullas, fugit: si nutrias, permanet. Idem hom. 22. ad pop. Antioch.

Voluptas diaboli est hamus, ad perniciem deducens. S. Basilii exhort. ad Baptismum.

Væ deliciis sectant: tempore enim exiguo tamquam vitulus ad mactationem paratur. S. Nilus Abb. Cap. Parænet.

Sedere accipitur in Scriptura pro ignaviam esse, & voluptatibus deditum. Ignaviam locus ille significat, sedentes in te nebris, & umbra mortis. Pl. 106. 10. Idem lib. alæic.

Bibere delicias hujus Mundi, est bibere de fonte mortis. S. Vinc. Ferr. f. 2. in die S. Paschæ.

Noa

Non sine causa Veteres sapientes fixerunt; solem pasci aquis amaris, lunam vero dulcibus: quia justus amara querit, afflictionibus delectatur; stultus verò voluptates, & dulcia appetit. Diez Patientia.

§. II.

Voluptatem spernentis, vitandi, motiva.

Num. I.

Christus, ejus locutio, Passio &c.

Usqueque delicis dissolvitur flia voga? Jerem. 31. 12. Motivum subdit; Famina circumdabit vitum. q. d. dum Dei Filius in virgine utero clauditur, delicis vacare nemo debet. Incerto Auth.

Jesus dicitur esse in deserto. Matth. 4. 1. Merito D. N. J. C. jejunius fuit, atque deserto, adversus voluptatum informam illecebras & tentari fe a diabolo Dominus omnium patitur; ut in illo omnes vincere diceremus. S. Ambr. in Luc. 4. Proemio.

Abiit foras extra civitatem in Bethaniam &c. Matth. 21. 17. 28. Ur offenderet Christus despiciendas esse delicias; & cum in manè cum tanta gloria suscepisset; ac per totam diem in prædicatione, & in aliis bonis operibus laborasset: cum jam vespera esset, exiit in Bethaniam cum Duodecim. Nec invenit Jerosolimam, qui sibi guttam aquæ offerat. Propterea, ut prodromum offenderet esse Mundum in deliciis suis; ut sic dicam, Mundi delicias fastus, & famelicus, autigit; & sic suo exemplo delicias contemnendas esse ostendit. S. Bernardinus l. 50. art. 1.

Nelate flere &c. Luc. 23. 28. q. d. super filium Crucis non est flendum; sed super delicatas, qui non bajulant crucem. Hugo Card. in Gen. 21.

Contemplaris, o homo! immaculatissimum Dominum in Cruce suspensum; audeque, o impudens, & infelix, homo! in deliciis, ac ritu, universum vitæ tuæ tempus in teris transigere? S. Ephrem. f. de Pass. Salvatoris.

Nihil potius voluptuosos à carnalibus refrænat desideris; quam cum audiente, sive recolente; quod Dominus gloriae pro eis incarnari, & pati, dignatus est. V. Beda lib. 4. in Cant. 4.

Passio Domini celebratur; & nos voluptati operam damus? Drogo Off. de Sac. Dom. Pass.

S. Palamon Anach. cum in Paschate accederet ad mensam, vidissetque olei apparatus cum sale; fricans manibus frontem, & ubertim flens, ait: Dominus meus crucifixus est: & ego nunc oleum comedam? Bollandus 11. Jan.

Num. II.

Voluptates non decent Christianum.

Hortus conclusus. Cant. 4. 12. Sunt deliciae Panagorum, & Infidelium; sed non conclusæ: sunt deliciae peccatorum; sed non conclusæ: sunt verorum Christianorum; sed conclusæ. Hortus conclusus, est paradisi Ecclesiam; vagari non licet. Deliciae Christianorum debitas fines habent, certis limitibus concluduntur. Incurfusus demonum patet, qui non flat in hortu concluso. Sim. Cass. l. 13. c. 8.

Nihil est, quod adeo fit inconcinnum, & alienum à Christiano; atque requiem, & recreationem, querere: & ad præsentem vitam nihilum affici; alienum est à professione, & militia, nostra. Dominus tuus crucifixus est; & tu requiem quæris? Dominus tuus affixus est; & tu delicias? hæc enim sunt militis generosi? S. Chrysof. hom. 13. in Philipp. 3.

Vocati sumus ad militiam Dei vivi jam tunc, cum in Sacramento verba spondimus. Nemo miles ad bellum cum deliciis venit; nec de cubiculo ad aciem procedit; sed de papilionibus expeditis, & substrictis. Tertull. lib. ad Martyres.

Virtus ductitia exstruitur, malitia verò destruitur. Idem ibid.

Num. III.

Voluptates vincuntis, & spernentium, exempla.

Nelate bibere; & libavit eam Domino. 2. Reg. 23. 16. Quia se illicia perpetrare mernerat; contra semetipsum jam rigidus etiam à licitis abstinebat. S. Greg. 34. in Evang.

Sunt crudeles quidam carnifices, corporis Voluptates; imò verò carnificibus crudeliores: nam vinculis torquent non manus: per oculos animam vulnerant, per aures luxuriae facies admovent, aperto flagello intellectum flagellant. Porro si juvenentem etiam aggressæ fuerint, tum verò ignis cum igne miscetur: facile namque juvenus voluptatibus incenditur: quippe quæ pinguior olei in moxem, & aptior sit ad R. P. Spanner Poly. Tom. II.

inflammationem. S. Thecla, cum voluptatibus; ut cum beatis, Martyr pugnabat. S. Chrysof. tom. 6. laudat. S. Proptom. & Apollonæ Thecla.

Quot corpus illecebras, quot oblectamenta Mundus habere videtur; tot patitur tribulationes, tot sustinet tentationes, vir justus. S. Bernardus in illud Job 5. 19. in sex tribulationibus liberabit te.

Num. IV.

Voluptas noxia, periculosa; affligit.

Dissimulante illo apprehenderunt manum ejus &c. Gen. 19. 16. Loth amenitate Sodomorum tenebatur: idcirco, quasi non satis intelligeret, quod dicebatur, cum percelleret nuntio infantis periculi; dormientes oculos, & amore divitiarum pressos, avertibat à lumine præfenti. Rupertus. Ut leones justum servarent, satis fuit, unum Angelum descendente. Dan. 6. 22. Deus misit Angelum suum: Ad Loth duo volavit: quia non à leonibus rictibus liberandus, sed à deliciis extrahendus. Naxera in Jos. 18. §. 11.

Cum venisset Esau de agro lassus, ait: da mihi deestione &c. Gen. 25. 29. Fernandus Sect. 5. n. 1. hic: en, qualem fructum ex sua venatione; & continuo discurrendi, vagandique, per agros, & saltus, studio collegit Esau: rediit domum ab agro fessus & fame confectus. Honcala: jam in Esau explebatur illud impiorum, desperata salute lese lamentantium: ergo ambulavimus vias difficiles; lassati sumus in via iniquitatis. Did. Nyss. Pol. Coel. p. 1. l. 6. cap. 3. Voluptates Mundi videntur rosæ; sed revera sunt spine.

Uluquo marceis ignavia? Jos. 18. 3. Hujus ignavia causam dat Mafius: hanc ignaviam mirifice fovebant; ut est credibile, mille commoditates: quas sibi in tam diutina statione omnes comparaverant. Hanc desidiarum ut castigaret imperator, prudenter aliò movenda esse patria putavit; aut distripanda potius, & quem ad suas possessiones extendendum. Naxera in Jos. 18. §. 20.

Omnia, quæ desideraverunt oculi mei, non negavi eis. Eccl. 2. 10. q. d. plenas oculorum & cordis desideriorum, laxavi habenas; intrâ limites tamen licitæ honestatis, & Legis; nè quid illicitum committeret. Dicit primo quam noxium sit, indulgere suis desideris, & affectibus: his enim Salomon indulgens præcipitavisse se in luxuriam, & idololatriam. Secundo, quàm periculosum sit velle experiri, quidquid est licitum, nec terminos voluptatis sibi statueret; nisi in eo, quod illicitum est. Facile enim terminos hoste, & confinia liciti, & illiciti, utpote exiguum, & indivisibile; curiosos transgreditur; itaque in peccatum delabitur, uti fecit Salomon. Cornelius hic.

Primo vincenda sunt delectationes, & postea dolores. Quomodo potest superare Mundum ferventem, qui non potest superare blandientem. S. Aug. l. 6. in festo plurimorum M. m.

Medicos audivi; qui, quò minus ad summum formæ pleque mulieres pervenirent, obitare voluptatem dicebant. S. Chrysof. hom. 39. in 1. Cor. 4.

Num parvam putas esse perfectionem in deliciis? hæc omnium difficillima est; hæc & perfectione gravior. Idem hom. 24. in Act.

Uxor Ducis Venetiæ ita delicate vivebat, ut, aquas communes designata, rore cœli à famulis undique collecto, sese ablueret: ejus porrò cubiculum tot thymiamatum, aromaticumque, generibus redolebat; ut pudor sit referre. Ulciscente autem hanc molliorem Numine; toto corpore conpuitit adeo, ut nemo famulorum ejus fœtorem ferre posset. Sensum ergo computescens, doloribus patridis miserabiliter cruciata, diem clausit extremum. B. Petrus Dam. ep. ad Blancam Comitissam c. 11. Et ex eo Baronius t. 10. Apr. c. 998.

Sicut vermes in lignis mollioribus innaucuntur maximè; sic animi anxietates in mollioribus hominum mentibus oriuntur. S. Basiliius f. de gratis Deo agendis.

Venator sæpe perdit in venatione lepores equum multò majoris pretii, quàm centum lepores. Sic multis desipiunt, qui pro brevi voluptate, animam, quicquam, sanitate profundunt. Stella de contemptu &c. p. 2. c. 14.

Num. V.

Voluptatis finis dolor.

Non ascendas contra eos; sed syra post tergum eorum, &c. 2. Reg. 5. 23. Cum Philisthi audirent, Davidem in Regem unctum esse, coactis copiis ad illum expugnandum uno animo devenerunt; quos ille auxilio Dei fortiter fugavit. Cumque comparato exercitu rursus illum movissent, motus est à Domino, non adverso Marte, ut antea, sed gyrans per tergum illorum ipsos in fugam vertit. Hinc sapiens quidam, voluptates non præsentis, & abeuntis; non faciem, sed tergum, spectanda monet. Diez Bellum spirit.

Omnia flumina intrant in mare. Ecclesiast. 1. 7. Quid est, L1 2 flumi-

Numina intare in mare? nisi omnem carnalem delectationem terminari in amaritudine. Richardus à S. Viç. tr. 1. de statu inter. hom. c. 10.

Vinum sequitur furor, unguenta tormenta, sanguis rosas, ira lætitiã. S. August. l. 2. c. 46.

In consummatione Mundi, præteritarum deliciarum recordatio, erit materia cruciarum. S. Hieron. l. 8. in Is. 24.

Voluptas quidem brevis est; sed ab ea dolor perpetuus: etenim & vespere, & nocte, in deserto, in civitate, & quocumque locorum, semper acufator sequitur; ensem intentans acutum, & supplicia intolerabilia, & formidinem. S. Chryf. hom. 77. in 1. Cor. 9.

Num. VI.

Voluptates spernendi varia alia motiva.

Panem nostrum quotidianum da nobis. Matth. 6. 11. Non luxum, non delicias, neque divitias; non auri copiam, non boom armenta; tantum non apertum per hanc orationem clamat intelligentibus: definite, ò homines, circa res vanas cupiditatus diffundi, ac distendi. - Semen Patrisfamilias frumentum est; ex frumento panis conficitur: ab luxu, atque delicis, Zizanium est; quod ab inimico iuxta frumentum factum est. S. Greg. Nyll. or. 4. de orat. Dom.

Omnia, qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Joan. 4. 13. Anselmus: Omnis, qui biberit voluptatem sæculi, quam talis aqua significat, sitiet iterum. Sicut somnians ebrius, & comedit; cum autem fuerit ex pofellus. O. M. 29. 8. Tales terrena voluptates: bibis illas, & fitis. Elicobar t. 3. Coll. Chr. l. 3. obl. 13.

Quæ major voluptas, quam fastidium ipsius voluptatis? quam sæculi torius contemptus? quam vera libertas, quam conscientia integra. Tertull. lib. de spectaculis.

Voluptatem vicisse, voluptas est maxima: nec ulla major est victoria quam ea, quæ de cupiditatibus refertur. S. Cyprianus lib. de bono pudicitie.

Terra carnis nostræ, nisi affiduis fuerit subacta culturis, citò de segni otio spinas, tribulosque, & partu degeneri dabit fructum, non horreis inferendum, sed ignibus concremandum. S. Leo l. 4. de jejuniis Pentec.

Omnino fieri non potest, ut quis simul sit & scientia præditus, & blanditi corpi non erubescat. Clem. Alex. l. 3. Strom.

Quam suave mihi subito factum est, carere suavitatibus nugarum: & quas amittere metus fuerat, jam dimittere, gaudium erat. Ejictebas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcoris: sed non carni, & sanguini: omni luce clarior; sed omni secreto interior: omni honore sublimior; sed non sublimior; sed non sublimibus in se. Sanct. August. Conf. lib. 9. c. 1.

Diverfo itinere ambulat, si gaudia delectationeque appetit; cui Dux suus viam amaritudinis ostendit. S. Gregor. l. 40. homiliar. hom. 2. in Luc. 18. circa finem.

Quenam sæcularium, quæso, voluptatum utilitas? hodie sunt; cras elabuntur: hodie sunt; hodie flos pulcherrimus; cras aridus pulvis: hodie ignis ardens: cras cinis extinctus. Spiritualia autem perpetuo clara, floridaque, & in dies splendidiора permanent. S. Chryfost. hom. 43. in Joan.

Qui ad nuptias properat, vel epulas, cujuslibet magnæ solemnitatis expectat; ad anticipandum præcedentis horæ jentaculum non anhelat. Nos, ad illud refectionis æternæ nuptiale convivium invitati, festinare jam cœpimus; & adhuc molliter, ac deliciosè viventes, velur horam edendi legitimum pravenimus. Quid prædanti cum tumulo? quid epulis cum sepulchro? si sepulturam Domini cum Discipulis, non cum militibus custodimus; offeramus mixturam myrrhæ, & aloes; non cacabos, & lebetes. B. Petrus Dam. ep. 33.

Miscellanea.

Trabo me post te; curramus in odorem unguentorum tuorum. Cant. 1. 3. ubi pura vocat honestas, sola invenitur sponsa; immò & sponsa sequitur tracta. Ubi verò sensum oblectamenta, & fragrantia, unguentorum illicia; plures accurrunt celeri gressu. Gregatim currimus ad voluptatum fallacias: si voluptatis non inveniat fomentum, manet virtutis studium. Naxera in Jos. 18. §. 11.

Malum omne facilis vincitur, quam voluptas: quia illud, quicquid est, horridum est; hoc blandum est. S. Cyprianus l. de bono pudicitie.

Qui cupiditates tollit; & metus sustulit: nam ex cupiditatibus metus veniunt. Idem ib.

Principes cocorum destruxit muros Jerusalem. Jerem. 52. 12. Quid per muros Jerusalem Scriptura exprimit, nisi virtutes animæ? quæ ad pacis visionem tendit. Aut quis cocorum principes? nisi venter accipitur; cui diligentissima à coquentibus cura servitur. S. Gregor. mor. l. 30. 13.

Propterea Christus eum supplicio multavit, qui mulierem impudenti aspectu fuerit contuitus; ut majore labore nos liberaret. S. Chryfost. hom. 12. in ep. Rom.

TITULUS XX.

VOTA RELIGIOSA.

Figura, Symbola.

Vota Religionis significantur in tribus factis Joseph. Primum est, quando mulierem impudicam contempsit. Gen. 39. 8. Secundum, quando pallium abiecit, idest, temporalia. ib. v. 12. Tertium, quando in carcere reclusus fuit sub alterius potestate. Ibid. v. 20. Unde Jacob dixit, benedicens ei: Filius accrescens Joseph, filius accrescens. Gen. 49. 22. Ter dicit accrescens; his explicite, semel implicite: Joseph enim accrescens interpretatur. Hugo Card. in Luc. 1. Ut eamus viam trium dierum. Ex. 3. 3. Hac via trium dierum, est triplex votum, quod fit in Religione; quæ per solitudinem designatur: videlicet votum obedientiæ, paupertatis, & Castitatis. Idem in Pf. 38.

Candidiores vive. Theren. 4. 7. In nive, & lacte, castitas; in ebore sotoque jugis, & fortis, obedientia; in saphyro, qui cœlestis est coloris, paupertas; quæ spem in solum Deum figit. Cornelius in Num. 6. 2.

Obtulimus aurum, ibis, & myrrham. Matth. 2. 11. Per aurum intelligit S. Bonaventura hic f. in Epiph. paupertatem; per thus obedientiam; per myrrham castitatem.

Plurimum autem curba prævariarum vestimenta sua in via. Matth. 21. 8. &c. Hæc omnia Religio exequuntur: hi enim non modo diurnum, nocturnumque precum pensum, qua voce, qua mente; sed Ordinis, vel Sacerdotii, cui se illigant, præcepto persolvunt: verum etiam suis omnibus bonis, per paupertatis leges, se abdicant: corpus, animæ vestem, per castitatis votum Deum consecrant: potioreque sui partem, animam videlicet, Superiorum ad nutus, per obedientiam insectant, ut jumentum facti apud Deum. Doultreman. l. 1. c. 5. Sect. 2.

Per pauperes, debiles, cæcos. Luc. 14. 21. S. Basilus Seleu or. 30. vel V. Beda: intellige tria vota Religionis.

Altare. Hebr. 9. 4. est obedientia; mensa paupertas, quæ Deo se; & sua, quasi in mensa offert, ac vicicium à Deo alitur; candelabrum castitas. Cornelius hic.

Consonat votum paupertatis elemosynæ votum obedientiæ orationi, votum castitatis jejuniis. Gerson de laude Scripturum. Confid. 5.

Specimen Religiosæ disciplinæ valde præclarum præcedit in Eucharistia Jesus: paupertatis, omni panis, & vini, accitendum involvitur obtegatur: castitatis, cum purissimam triticæ materie portionem exigit ad consecrationem panis: Obedientiæ, cum ad vocem hominis Creator obtemperat. Atcones in Is. 4. Dific. 7.

TITULUS XXI.

VULNERA CHRISTI.

§. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri.

Maniunculas in arca facies. Gen. 6. 14. Quinque came- ræ in arca, sunt quinque vulnera in carne Christi. Maniunculas in ea facies, non mansiones: quia tantum humiles in ea habitant. Sinice parvulos venire ad me. Hugo Card. hic.

Rupi sunt omnes fontes abyssus magna, & cataracta cali apertis sunt. Gen. 7. 11. Aspice illos fontes manuum ac pedum, Domini tui, lacrum sanguinem manantes, & inundantes: vide apertas cataractas cœli; ut inundet diluvium gratiæ ad nostram salutem, & superbiã, submergendam. S. Bernardus tom. 1. p. 1. l. 55. art. 4.

Arum meum posui in nubibus, & erit signum fidei. Gen. 9. 12. Istud quidem signum (iris) cum nubibus transibit; ipsum autem fœdus, cuius signum est, idest, memoriale nostræ Redemtionis, in sempiternum permanebit in conspectu Patris in carne Filii ejus, in cicatricibus vulnerum, manuum, pedum, ac lateris ejus. Rupertus l. 4. c. 36. in Gen.

Quod cum vidissent viri Israel, se in arcto positos, & absconderunt se in speluncis. 1. Reg. 13. 6. Sic aliqui Christiani, cernentes, se undique à diabolo, Mundo, & Carne, tentari; in foramine petre, in fossa humo, idest, in Christi vulneribus, & in Dominicæ Passionis memoria, salubriter se occultant; & in propriæ humiliationis profundo se celant; atque in tantum parvi

parvi pendunt, & quasi nihil se reputant, quod à demonibus hequeunt tangi. Dion. Carth. apud Mendozam hic.

Tulit baculum suum, & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente. 1. Reg. 17. 40. Goliath, idest, diabolus, baculo Crucis; & quinque lapidibus, idest, quinque plagis, stravit. S. Bonaventura l. 2. D. 2. Adv. Vereturis David; qui superbum Goliath quinque lapidibus de torrente, idest, quinque vulneribus; & Crucis baculo; gloriantem in Calvarie monte prostravit. S. Thom. Vill. conc. 1. de Assumpt. V. B. Margaritæ de Cortona dicebat Christus: Si vis puritatem in-violabiliter custodire, ser tecum quinque lapides meorum; & vulnerum; & cum eis tuum hostem in fronte percuties. Bolandus 22. Feb.

Apparuerunt fontes aquarum. Pf. 17. 16. Fontes sunt Vulnera Jesu Christi; quæ sunt fontes aquarum, idest, gratiarum. Hæreticus aquas cum gaudiis de fontibus Salvatoris. If. 12. 3. idest, de Vulneribus Jesu Christi. Hugo Card. hic.

Foderunt manus meas, & pedes meos. Pf. 21. 17. Foderunt non transtridit debemus accipere: quia terra tunc varios fetus germinat, quando hominum studio cognoscitur exarata. Quod contigit in corpore Domini Salvatoris: illud enim clavis affixum, lancea perforatum, fructum nobis intulit sine fine mansurum. Castodior hic. Non dixit, transfixerunt, sed foderunt: ut noter fructum, quod inde secutus est, scilicet æterna beatitudo. Fossa parit tellus. Hugo Card. hic.

Intravit Rex gloria. Pf. 23. 7. Christus quinque dicitur Rex gloriæ. Cur id? pro numero Vulnerum acclamant Regiam dignitatem. S. August. l. 178. de temp. viderunt Cœlestes cuncti speciosum vulneribus Christum, & admirantes fulgentia divinæ virtutis vexilla talibus conceperat hymnis, qui est iste Rex gloria? Sylveira in Joan. 19. q. 13.

Olam spulum. Cant. 1. 2. Quinque vulnera Domini, quinque fontes olei sunt, fundentes pretium Redemtionis nostræ; quod solvamus cuncta nostra debita, & emamus dona gratiæ divinæ. De Ponte hic. Exh. 29. §. 1.

Columba mea in foraminibus petre. Cant. 1. 14. Benedictus, & laus, ut nificatæ posse in foraminibus petre; manus, pedes, & latus, perforati sibi tulit: & sic mihi totum aperuit, ut ingredias in locum tabernaculi admirabilis, & pro-tegar in abscondito tabernaculi sui. Guaricus l. 4. in Ran. palm. Petra erat Christus. Quæ sunt foramina petre, nisi vulnera? quæ pro nostra salute suscepit Christus. In quibus profecto foraminibus columba refidet, ac nidicat; cum anima quæque mis in Passione Domini spem fide salutis unicam ponit; cum in Sacramento mortis ejus sese ab infidiis hostis antiqui, quasi à raptu accipit, tutari confidit. V. Beda l. 3. in Cant. hic. Per foramen petre; vulnera manuum, ac pedum Christi in Crucis pendenti libenter intellexerim. Cavernam verò maceris vulneris lateris, quod lancea factum est, eodem sensu dixerim. S. Gregor. hic. Si iuxta expositionem Apostoli, petra erat Christus. 1. Cor. 10. 4. quæ sunt foramina petre? nisi vulnera, quæ pro nostra salute suscepit Christus. V. Beda hic. Foramina petre, plagæ sunt corporis: caverna maceris, apertio est lateris. Sim. Cass. l. 3. in Joan. 3. 16. In foraminibus petre, idest, Vulneribus, quæ pro salute sponfa sponfa accepit. S. Ildorus hic. Non ob aliud Ecclesia columba vocatur, nisi quia est sine dolo; & Spiritu S. repletur. Habitat in foraminibus petre: quia semper receptaculum habet in his, ex quibus sanata est, Vulneribus Christi. S. Justus Orgel. hic. Visceribus misericordiæ suæ charitas JESU ab effusione, imò à perfossione lateris, non peperit: ut te semel in ipsis cavernis pedum, manuum, & lateris, quasi columba, per hanc aperturam recepto, ad omne suum consilium admitteret, gaudiis adsiceret, divinitati adjungeret, æternitati statueret, beatitudini Angelicæ adæquaret. Petrus Cell. cap. 19. Foramina petre sunt vulnera, quæ pro salute nostra in Crucis suscepit. S. Thom. Aqu. hic. Columba. Lem. Secura nificat. Et revera, ubi tuta, firmaque, infirmis securitas; & requies, nisi in Vulneribus Salvatoris: tantò illic securior habito, quanto ille potentior ad salvandum. Frenit Mundum, premit corpus, diabolus infidiatur; non cado: firmatus enim supra firmam petram. S. Bernardus l. 61. in Cant. Picinelli.

Ego flos campi. Cant. 2. 1. Quidam dicunt, quod flos campi dicitur quidam parvus flos, valde rubicundus habens; quinque folia, sicut Christus quinque vulnera rubicunda. S. Bonaventura l. 3. in Refurr. Dom.

Ingrederet in petram, & absconderet in fossa humo à facie timoris Domini. Is. 2. 10. Ingrederet in petram, ò homo! abscondere in fossa humo; pone tibi latibulum in Crucifixo. Ipse petra, ipse humo: quia DEUS, & homo. Ipse petra forata, ipse fossa. Quia foderunt manus meas, inquit, & pedes meos. Pf. 21. 17. Abscondere, inquit, in fossa humo à facie timoris Domini, hoc est, ab ipso fuge ad ipsum; à Juce ad Redemptorem; à tribunali ad Crucem. Guaricus l. 4. D. Palm. Ingrederet in petra, idest, divinitatem Christi: abscondere in fossa humo, idest, in Vulneribus Christi. Qui in hac petra est, solus est: qui extra hanc est, in multitudine est.

§. II.

In hac solitudine mentis tanta gratia; & illuminatio mentis percipitur; ut percipiens sit gravis aliis ad videndum. Sicut Moyses solus manens in monte cum Deo quadraginta diebus & noctibus. Ex. 24. 18. S. Albertus parad. an. c. 32.

In manibus meis descriptis. Is. 49. 16. Vulnera sunt literæ, clavi calami, sanguis atramentum. Diez Conc. 2. in Alc. Dom.

Ex Novo.

Faciamus hic tria tabernacula. Matth. 17. 3. In ipso volo facere tria tabernacula: unum in manibus, aliud in pedibus, & tertium majus in latere suo; in quo volo quiescere, & dormire; bibere, legere, & orare. S. Bonaventura. Stimulo amor. c. 1.

Tulerunt illum in Jerusalem, ut sferent eum Domino. Luc. 2. 22. Emitur Redemptor quinque scelis à Virgine, qui quinque plagis totum erat Mundum redempturus. S. Thom. Vill. conc. in Purif. V. Voluit quinque scelis redimi, quemadmodum ipse redempturus erat Mundum quinque principalibus plagis. S. Vinc. Ferr. l. de Purif. V.

Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeos. Joan. 6. 9. Nota, quod hi quinque panes, quinque vulnera Christi, sunt; qui multum reficiunt animam devotam. 1. Reg. 21. 3. Se quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi. S. Bonaventura ferm. 3. D. 4. Quadr.

Ego sum pastor bonus. Joan. 10. 14. ò bone Pastor! ego sum illa ovis, quæ perit; pro qua in cruce posuisti animam tuam. Ecce ego agnosce eam; & introduc eam in caulas vulnarum tuorum; & tua Passione custodi diligenter. S. Laur. Justin. de inc. am. c. 4.

Ex Patribus, & aliis.

Signaculum regum Crux est; quam si in cordis nostris memoria portaverimus, tanti regionem Regis, quæ finem non habet, securè poterimus transire. Habet hoc sigillum imaginem Crucifixi Jesu: in ipso sigillo Crucis multis fissuris effosam, & inpreffam; sicut in sigillis illegum rerum exprimitur fodiendo, &c. S. Bernardus tr. de Pass. Dom. c. 44.

Numerus dictionum, quæ ponuntur in consecrationis forma, quinarius est. Nam sicut per quinque Vulnera Christi sanguis principaliter emanavit; sic etiam per quinque perficitur illa. S. Bernardus tom. 2. l. 54.

Læti animæ, sunt quinque Christi vulnera, ubi contemplando quiescit. S. Vincent. Ferr.

Quam multissimus JESUS produxit omnibus aromatis suis vires, & pulchritates. Thom. Kemp. serm. 8. ad Novit. Pag. 3.

Christus S. Theretiæ quinque rosas in sui corporis paradiso ostendit. Gertrudis l. 4. c. 35. gratias agit. SS. Trinitati pro rosæis vulneribus sui unice electi amatoris. Nadafi Ros. cœli rosa 2.

Franciscus Lucas observat, nescio quam vulnerum imaginem agnos in mediis pedum vobis perpetuò gestare, non dissimilem Christi, veri Agni, clavorum fixuris. Doultreman l. 2. c. 2. Sect. 6. Crucifixio. Balsami, liquor, scissio plantæ cortice, promanat. Lem. Aliis mea plaga medetur. Malenius.

§. III.

Vulnera Christi benefica, salubria.

Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Luc. 23. 42. Hæc est fidei plena devotio; ut cum de vulneribus Domini profuens sanguis cernitur, tunc de potestate ejus venia postuletur. S. Maximus hom. 1. de S. Lorraine.

Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & latera. Joan. 20. 20. Cum Discipulos pace donat, ostendit eis vulnera belli, quibus acquisita pax q. d. pacem offero vobis; sed quæ effuso sanguine, diris vulneribus, comparata. Escobar t. 3. Coll. Chr. l. 9. Sect. 1. Obl. 6.

Opus manuum tuarum, Domine, ne despicias: Vulnera manuum tuarum, ut aspicias. S. August. Soli. c. 2.

Amore vulneratus est propter delicta nostra. Tuta, & firma, requies est infirmis, & peccatoribus; in Vulneribus Salvatoris. Securus illic habito: patet mihi viscera per vulnera. Quidquid ex me mihi deest, usurpo mihi ex Vulneribus Domini mei: quantum misericordia affluunt. Nec desunt foramina, per quæ affluant; per foramina corporis patet mihi arcana cordis. Sanct. August. Manuali cap. 21.

Stat Martyr tripudians, & triumphans: toto licet lacero corpore, & rimante latera ferro; non malo foriter, sed & alacriter, sacrum è corpore suo circumspicit ebullire cruorem: Ubi ergo tunc anima Martyris? nempe in lutto, nempe in petra, nempe in viscibus JESU; Vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. S. Bernardus l. 61. in Cant.

